Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

pauperes hemis volentibus: et cum
volueritis potestis illis benefa-
cere: me autem non semper habebitis.
Hoc habuit hec fecit. Preue-
nit ungere corpus meum in se-
pultura. Amen dico vobis:
ubicumque predicatum fuerit hoc
euangelium in universo mundo
dicetur et quod hec fecit narra-
bitur in memoriam eius. Eru-
das scariothes unus de duo-
decim abiit ad principes sacer-
dotes ut proderet eum illis. Qui
audientes gauisi sunt: promi-
serunt ei pecuniam se daturos:
Et querebat quomodo illum o-
portune traderet. Et prima
die azimorum quando pascha immo-
labant dicunt ei discipuli. Ubi
vis eamus paremus tibi ut
manduces pascha. Et mit-
tit duos ex discipulis suis.
et dicit illis. Ite in ciuitatem: et
occurret vobis homo lagenam
aquam bajolans. Sequimini eum:
et quocumque introierit. dicite
domino domus. quia magister dic-
it ubi est refectio mea. ubi pas-
cha cum discipulis meis man-
ducem: Et ipse vobis demon-
strabit cenaculum grande stra-
tum et ibi parate nobis. Et abi-
erunt discipuli eius: et uene-
runt in ciuitatem. et inuenerunt
sicut dixerat illis: et paraue-
runt pascha. Vespere autem fuit
cum duodecim et discumbentibus
eis et manducantibus ait il-
lis ihs. Amen dico vobis quia
unus ex vobis me tradet: qui
manducat mecum. At illi cepe-
runt contristari. et dicere ei si-
gillatim. Nunquid ego: Qui
ait illis. Unus ex duodecim
qui intingit mecum in catti-
no: Et filius quidem hominis va-
dit sicut scriptum est de eo: ue autem
homini illi per quem filius hominis tra-
detur. Bonum erat ei si natus
non fuisset homo ille. Et man-
ducantibus illis. accepit ihs
panem: et benedicens fregit et
dedit eis et ait. Sumite hoc
est corpus meum. Et accepto ca-
lice gratias agens dedit eis: et
biberunt ex illo omnes. Et ait
illis. Hic est sanguis meus
noui testamenti: qui pro multis
effundetur. Amen dico vobis
quod iam non bibam de generatione
uinis usque in diem illum cum il-
lud bibam nouum in regno dei.
Et ymno dicto: exierunt in
montem oliuarum. Et ait illis
ihs. Omnes uos scandalizabi-
mini in me in ista nocte. quia
scriptum est. Percutiam pastorem et
dispergentur oues gregis. Sed
postquam resurrexero precedam
uos in galileam. Petrus autem